Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Sed ille [diu eum] inmobilem uidit. omnia intendit
in eum genera tormentorum Cognito autem
quod ex uerbis apollonii hec ei nata fuerit
permutacio. correptum etiam apollonium gra
uioribus subdidit suppliciis. et deceptoris
meum crimen exaggerat. Apollonius
uero utinam inquit et tu iudex et omnes qui
assistunt et audiunt me hunc meum que
dicis errorem decepcionemque sequeremini
At ille ubi hec audiuit et ipsum et philemo
nem ignibus tradi in conspectu populi iu
bet Illi uero postquam ingressi sunt flammas beatus
apollonius cunctis audientibus clamat
ad dominum dicens Non tradas domine bestiis
animas confitentes tibi. sed ostende nobis
domine euidenter saluatorem tuum Igitur ubi hec
in auditu populi et iudicis ad dominum locutus
est apollonius. repente nubes repleta
rore circumdedit uiros. et flammas accensi
ignis extinxit Super quo obstupefacti et iu
dex et populus. una omnes uoce clamare ce
perunt Magnus et unus est deus
christianorum solus. Sed hec cum fuissent prefec
to allexandrie nunciata. semetipso cru
delencior redditur. et electis quibusdam de
officio crudelissimis et seuissimis tam hominibus
quam bestiis mittit. qui et ipsum iudicem
qui mirabilibus diuinis crediderat. et eos
per quos uirtus dei apparuerat uinctos
alexandriam ducerent Igitur gracia dei
in uerbo cepit apollonius qui se uinctos
ducebant fidem christi docere. quique cum domi
tota cordis firmitate fidem recepissent.
et domino nostro credidissent. semetipsos cum his
quos exhibebant uinctos offerunt iudici.
et christianos se esse pariter profitentur. Quos cum
prefectus in fide pertinaces et inmobiles per
uidisset. uniuersos pariter iubet in profundum
maris dimergi. ignorans impius quid
ageret Hoc enim sanctis non mors sed

baptismum fuit Sed horum corpora dei sine
dubio prouidencia. integra illibataque ma
ris unda reportabat ad litus. queque ab
hiis qui obsequii causa simul fuerant su
scepta. sub uno sepulchri domicilio locata
sunt. a quibus usque ad presens uirtutes multe
et signa omnibus miranda consummantur. sed
et uota omnium et oraciones suscipiuntur ab
eis. et cum fructu peticionis implentur.
Prestante domino nostro ihesu christo. qui cum patre et spiritu sancto
uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen

Tercia die post sepulturam beati
leonis noni pape. facta sunt
miracula ad tumulum eius.
uidelicet duo homines qui
diu contracti ante ianuas
apostolorum principis iacuerant. per meritum sanctissimi
pape leonis abierunt erecti. et hoc pene to
ta ciuitas nouit. que eos antea contractos
Mulier quedam spacio annorum uidit
sex languens. et contracta iacens in graba
to. ad eius tumulum deducta est. et quia fi
deliter credidit. sana et erecta illinc rediit.
et hec similiter ciuibus nota est.
Altera uero mulier de lateranis stepha
nia nomine. uxor cuiusdam petri. demoni
um habens ad tumulum illius uenit. ubi
sanguinem euomens et uolutans se. tres
carbones reddidit. cum quibus et demoni
um abscessit. et illa laudans deum. sensu
recepto rediit in domum suam.
In letania maiore ad tumulum ipsius
lampas diuino igne accensa est. nec
hoc semel actum est sed bis et ter, pariterque
hoc uidit que illa die confluxit ad ecclesiam
beati petri romana multitudo.
In merulana regione quedam mulier
rogata nomine. habens demonium ab